



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. VIII. Ecclesiasticos posse rerum & controuersiarum ciuiliū esse iudices.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

habeas concordem, sola Synaxim absolues, Deo presente & audiente, Bonum autem est lacrymas effundere coram Domino, memoremq; esse duodecima hora, quod in illa Dominus ad infros descendit. Inferius vero hac addit: Media nocte excitaberis, & hymnis celebrabis Dominum Deum tuum: ea n. hora surrexit a mortuis Dominus Deus tuus, & Patrem suum hymnis celebravit, atq; ideo nobis iniunxit, vt eadem hora hymnos Deo diceremus. Cum primum surgit, hunc versum recita: Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicii iustitia tua, & precare, & incipere citare Psalmum quinquagesimum, donec absolvas. Auctor etiam de regulis breuioribus interrog. 37. Hieron. ad Eustochium. In Daniel c. 7. Epist. 7. & 37. de his agunt.

§. 2. Porro quo animo etiam nostro saeculo fuerint SS. Concilia docent, id quod Treuiris sub Reuerend. atq; illustrissimo Ioanne celebratum est, Anno 1549. Omnes qui horis Canonice persolvendis deputati sunt, dent operam, vt collectis animis, quoad fieri potest, debitum pensum absoluant, nec ita se habeant, vt dū voce psallunt, quidvis potius quam Deum animo cogitare videantur, semper cauentes, ne Propheticum illud audiant: Labiis quidem me honorant, cor autem eorum longe est a me. Quid autem est, voce quidem psallere, mente a. domum aut forum circuire, nisi homines fallere, & Deum irridere? Graue admodum est, quod Scriptura dicit: Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Statim proinde, vt laudes diuinae per singulas horas non cursim, ac superficialiter, sed tractim, seruatis interuallis decentibus, ratione dierum festorum ac profectus intermediis fecernendorum, habitis, reuerenter & alacriter absoluantur, nequaquam subleto in altum clamore, ne vel insanire, vel animi lasciuia gestire videantur potius, quam feruore spiritus exultare semper versiculum decantatisimum animo voluentes.

§. 3. Ad horas obligantur Clerici maioribus ordinibus initiati, religiosi profecti, qui chorum habent, beneficiati. Ita Canon. Presbyter de celebr. Miss. & can. Si quis presbyter. dist. 92. Item c. dolentes. de celebr. Miss.

§. 4. Magna diuino nomini, Ecclesiaeq; injuria inferretur horarum canonicarum omissione; Quod ita emendari poterit. I. Si pleraq; beneficia in distributiones quotidianas presentium, canentiumq; conferantur. 2. Si pueris non ita facile beneficia conferantur, aut sane dum literis operam dant, legere doceantur, & legant accuratē. Nunc enim experientia docet, vel optimos, vel nequissimos esse eos, qui adolescentibus beneficijs grauantur. Si enim indices cum attentione ac deuotione pensum precum persoluant, magnos in pietate, & literis progressus faciunt. Si vero sacerdotiorū censibus fruuntur, & preces negligant, quandoquidem graue quodidie peccato obstringunt nihil mirum est, à gratia diuina relictos, euadere pessimos, sunt enim quasi ararii Ecclesiastici depeculatores, qui velut ex Ecclesiasticorum bonorum rapina viuunt; officium verò ob quod bona illa dantur, omnino subterfugunt. Verum de horis plura Canonista, & in vtilissimo suo libro, de statu Ecclesiastico Collega meus P. Gisbertus Scheuickhauus, quem Sanctorum Patrum ore loquentem audire merito debent, qui loca functionesque Sanctorum Patrum tenent.

CAPIT. VIII.

Ecclesiasticos posse rerum, & controuersiarum civilium esse iudices.

§. 1. **M**agna hoc Ecclesiae priuilegium est in medio Romano Imperij, aliorumq; regnorum proprium tribunal erigendi potestas. Hoc tamen legitimum esse nos Doctor gentium Paulus docuit. 1. Cor. 6. 1. & seq. Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? an nescitis, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? & si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis

secularia, secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verendum vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quicumque, qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriā accipitis quare non magis fraudem patimini, sed vos iniuriā facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. Christianos quidem sic affectos esse Apostolus desiderat, vt pati iniuriā, quam inferre malint, quia tamen in magna multitudine non deerant; qui sua pertinaciter tueri, aliena auide appetere solebant, iudice opus erat. Ne vero inter Ethnicos lis ageretur, in Ecclesia iudices legendos censuit. Hoc igitur est regale sacerdotium, cui cedere debuerunt gentium Caesarum leges. Si igitur Apostoli in ciuitatibus tribunalia erigere, iudices constituere potuerunt, quis dubitet eos quoque iudicasse, multo magis iudicare potuisse? Dare enim potestatem iudicandi, plus est, quam iudicare; est n. Architeconica potestas.

§. 2. Iudices Ecclesiasticorum sunt Ecclesiastici tantum; ita caul. 11. q. 1. c. 15. Experientia tua presenti auctoritate mandamus, vt in causis, in quibus quaelibet Ecclesiastica officii persona loco petitoris existit, quemquam laicum pulsatur a. apud sue p. omnia iudicem suas proponere actiones non deferat. In iis vero negotiis, in quibus Ecclesiastici officii persona pulsatur, totius submoti pulsationis obstaculo, ad Episcopos, vel presbyterorum in loco, vbi questio vertitur, constitutorum occurrat indifferenter examen. Et can. 2. Nullus iudicum, neq; presbyterum, neq; diaconum, aut clericum vllum, aut iuniores Ecclesiae sine licentia Pontificis per se distringat, aut condemnare praesumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia, cui iniuriā irrogare dignoscitur, tamdiu sequestratus, quousque suum agnoscat & emendet.

Et can. 5. Continua lege sancimus, vt nullus Episcopus, aut vel eorum, qui Ecclesiae necessitatibus seruiunt ad iudicandum, sunt ordinariarum, suae extraordinariorum iudicum pertrahatur. Habent illi suos iudices; nec quidquam his, publicis est commune cum legibus. Item. Constantinus Imperator praesidens in sancta Synodo, quae apud Niceam congregata erat, cum querelam quorundam conspiceret corā se delatā, ait. Vos à nemine diiudicari potestis: quia ad Dei solius iudicij referuamini. Sed haec res ad exceptionē pertinet, de qua suo loco.

§. 3. Iudices in Ecclesia contemptibiles collocari iubentur; Non vt quilibet iudex esse possit; Illa n. mens Pauli non est. Nam sapientem requirit, qui possit iudicare inter fratrem, & fratrem. Contemptibilem v. appellat, quia ad verendum eorum loquitur cum sit confessus Sanctorum; minimus v. videatur sapientior gentium sapientibus, ad quos lites suas deferrebant. Itaq; iudices esse posse eos, qui sunt conditionis vilioris, vt si quis dicat ex vilioribus Academiae posse iudices constitui in oppidis, pagisque.

§. 4. Olim coram clericis Christiani iudicio experiebantur. Clem. 1. 2. Const. c. 49. Iudicia vestra sunt in secunda Sabbati, vt si qua controuersia ex sententia vestra oriatur, vsq; ad Sabbatū libera sit vobis facultas, qua possitis controuersiam illam componere, & pacem conciliare inter eos, qui litigant. Adhuc a. iudicio Diaconi, & presbyteri integre iudicaturi, veluti Dei homines, cum iustitia. Cum vtraq; persona venerit, prout lex iubet, ambo qui litigant, statuuntur in medio tribunali: iusq; auditis, sancte iudicium pronunciate. Studentes ante sententiam Episcopi eos conciliare, ne exeat supra terram iudicium in peccatorem. Hoc Chrysostomus egregie exponit, vt de Sacerdotibus interpretatur.

ὁ γὰρ λέγει ἰσχυρὸς ἐστὶν ὁ Θεὸς ἐπειδὴ οὐκ ἔστι ἐν ὑμῖν ὁ Θεός, & οὐκ ἔστι δικαιοσύνη, ἀλλὰ ὁ Θεὸς ἐστὶν πάντες, καὶ τὸ καὶ ὁ μὴ δέος ὁ Θεός, φησὶ τοῖς ἐλαχίστοις ἀπὸ τῆς πίστεως. Τὰ τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὑμῶν λέγει: Ἐλεγε ἰσχυρὸς ἐστὶν τὸ τῶν ἀνθρώπων, αἵς ἀνθρώπων δόξα καὶ ἐξουσία, διὰ τὴν ἐκκλησίαν. Οὗτος ὁ Θεὸς ὁ Θεός ὑμῶν ἐν ᾧ ἐστὶν ὁ Θεός.

Deum irridere, qui alia cogitant, ne psallunt.

Potius moderatio in potis.

Concilia videntur distributiones.

Cur pueri Canonici optimi, vel pessimi euadunt.

Ecclesia ius tribunali habet.

Apostolus cum iudicandi potestatem etiam iudicare potest.

Secularis Ecclesiasticum non iudicat.

Contemptibilem iudicem, sed sapientem.

Olim controuersia ab Ecclesiasticis definita.

ἑαυτῶν, φησὶν δὲ τὰς αὐτῶν ἀρετὰς ἀνδρῶν ὧν
τῶν πατρῶν, καὶ ἡ ἐπαγγελία δεξιότατα πᾶσι πληροῦται.
ἔχοντες. ἅπαντες οὖν, ὡς καὶ ἐν τῷ Κορ. ἐν ὑμῶν ἐδεῖς, ἐπὶ
ῥαβδῶν, ὅς δι' αὐτῶν διακρίναι μετὰ ὑμῶν ἀδελφῶν αὐ-
τῶν. Ὁ γὰρ ἀδελφὸς δικαιοσύνη μετὰ ἀδελφῶν, ἐδέξασ-
τε δεξιὰν τῆς ὁμιλίας, καὶ τὸ δεξιότατον. Ὁ γὰρ μετὰ ὑμῶν τῇ
δικῇ, τὸ διακρίνας, καὶ τὸ διακρίνας πολλὰ ὑμῶν ἐπὶ
ῥαβδῶν πρὸς τὴν λῆξιν τῶν τοιαύτων φιλονεικῶν.

Fortasse dicit quispiam nullum esse inter vos sapientem, neque
qui ad discernendum & diiudicandum sit idoneus. Et quid tum?
Nam & si nullus, inquit, sit sapiens, vos minimis permittite. Ad
verecundiam vestram dico. Est reuellentis eorum obiectionem,
ut qua sit excusatio & prætexus superuacaneus. Et ideo sub-
iunxit, Sic non est inter vos sapiens quisquam. Tanta est, inquit,
inopia, tanta apud uos aruitas uirorum intelligentium: Quod
autem subiunxit, maiore infert plagam. Nam cum dixisset, Sic
non est inter vos sapiens quisquam, subiunxit, Qui possit iudicare
inter fratres suos. Nā quando frater cum fratre iudicio contendit,
intelligentia & solertia non est opus litis arbitro, cum effectio &
cognatio magna opem afferat ad solvenda huiusmodi contentione.

Eadem est sententia Aug. ep. 47. ad Proculian. &
de opere monachoru c. 29. Testem inuoco super animam
meam, quoniam malle per singulos dies certis horis, quantum
in bene moderatis monasteriis constitutum est, aliquid manib. o-
perari, & certas horas habere ad legendū & orandum, quā tu-
multuosissimas perplexitates causarum alienarū pati de nego-
tiis secularib. vel iudicando dirimendis, vel interueniendo pra-
cipientis. Quib. nos molestus idē afflixit Apostol. non utiq; suo,
sed eius qui in eo loquebatur, arbitrio: quas tamen ipsi perpe-
sum fuisse, non legimus: aliter n. se habebat Apostolatus eius dis-
cursus. Nec dixit: Secularia igitur iudicia si habueritis, ad nos
deserte, aut nos constituere ad iudicandum: sed eos qui contem-
ptibiles sunt in Ecclesia, hos, inquit, collocare. Ad reuerentiam
vobis dico. Sic non est inter vos quispiam sapiens, qui possit inter
fratrem suum iudicare, sed frater cum fratre iudicatur, & hoc
apud infideles. Sapientes ergo, qui in locis consisterant, fideles &
sanctos, non qui hac aequae illac propter Euangelium discurre-
bant, talium negotiorū examinatores esse uoluit. Vnde nunquā
de illo scriptū est, q. aliquando talis uacauerit, a quibus nos ex-
cusare non possumus, etiam si contemptibiles nos simus: quia &
hos collocari uoluit.

§5. Exempla sanctissimorum ac laboriosissimorum epi-
scoporū iudicariam potestatem nobis ostendunt. Greg. Nyssen. orat. de virtut. Greg. Thaumaturgi Epi Neo-
caesariensis. Ne secularium quidem ac temporalium controuer-
siarum aliud ullum iudicium sibi magis ratum ac firmū, ma-
ioriq; auctoritatis esse probarent: sed omnis quæstio discepta-
tioq; & omnis intricatus difficultq; negotiorum nexus illius
consiliis & admonitionibus resoluebatur & dirimebatur. Vnde
cum communiter vniuersis, tum singulis illius beneficio, tam
equitatis rectaq; iuris constitutio, quam pax erat.

Deus vero cordi sibi esse oratum in sedendis dif-
cordiis miraculo demonstrauit. Nec ille tamē in ora-
tione, lectione, operibus misericordiae, doctrinā ne-
gligens, 17. Christianos cum Episcopatum accipe-
ret, inuenit, 17. gentiles, cum moreretur reliquit.

Ambrosio ita libus diiudicandis occupatus fuit, ut
neget eum Aug. respirare potuisse l. 3. conf. c. 3. Non n.
querere ab eo poteram q. volebam sicut volebam, secularentibus
me ab eius aure atq. ore ceteris negotiorū hominum, quorū
infirmitatibus seruebat. Cū quibus quando nō erat, q. per exi-
guum temporis erat, aut corpus resiciebat necessarius iustenta-
culis, aut lectione animum. Et paulo post: Et coniectabamus
eum paruo illo tempore, quod reparanda menti sua nancisce-
batur, seriatim ab strepitu causarum alienarum, nolle in aliud
auocari, & cauere fortasse ne audire suspensio & intento, si
qua obscurius posuisset ille quem legeret, etiam exponere necesse
esset, aut de aliquibus difficultioribus disceptare questionibus, at-
que huius operi temporibus impensis, minus quam uellet volumi-
num euolueret. Tam multa tamen fecit, dixit, scripsit
Ambros. ut eius opera insipienti in summo ocio vi-
sille videri posset.

Nec sponte se tam laboriosae, tamque odiosae pro-
uinciae mancipauit, sed indurum illa necessitate se
Beati Pauli auctoritate scribit ad Marcell. epistol. 49.
Ambrosij discipulus Augustinus loco supra citato.
Maligni homines efflagitant, aut certe infirmos premunt, ut
causas suas ad nos deferre compellant. Quibus dicere non au-
demus; Dic homo quis me constituit iudicem, aut diuisorem
inter vos? Constituit n. talibus causis Ecclesiasticos Apostolus
cognitores. Quæritur ille frequenter de negotiorū mul-
titudine; sed tū taretur, se nō conteri ab fidelibus li-
tigando, sed eos potius obtemperando ipsum cōsolari.

Extat querela Synesij, qui ad Episcopatum com-
pullus est epistola 57. Otio opus est ei qui cum philosophia
sacerdotio fungitur. Non condemno Episcopos qui in rerum
negotiis versantur, sed magis miror eos qui utrumque possunt:
mea sacultas non est duobus dominis seruire. Si vero sunt alio-
qui, qui neque a condescensu leduntur, poterunt sanē & sacer-
dotio fungi, & ciuitatum Praefecti esse. Radius enim Solis si
cum stercore versabitur, purus manet, non inquinatur:
ego vero cum idem hoc fecero, fontibus & mari opus habeo.

Milio Synesio petenti negata est, & ille Andro-
nicum, & postea Ionanem praedices excommuni-
cauit, quod tacere non potuit nisi prius cognouisset,
iudicasset. Videatur epist. 58.

§6. iniurius est igitur in viros sanctissimos Beza
in notis ad cap. 6. Corinth. primae. Istiusmodi audiendis
disceptationibus minime adhibendos esse ministros, quorum
longe diuersum sit munus, sed alios potius quosvis, ex iis quos
postea Laicos vocarunt, in aliis utilioribus rebus minime om-
nium occupatos. Sic enim τὸς ἐξ ὧν μετὰς hyperbolice di-
ctos interpretor, non qui maxime sunt imperiti, vel qui sint vi-
tiosissimi. Hac illa est igitur Apostolica doctrina ipsius CHRIS-
TI & mandato, & exemplo plurimus loci confirmata, ne-
dum ut utrumque gladium seu Petro, seu aliis a Petro vllis pa-
storibus concesserit. quod si attente, ut oportuit, a veteribus il-
lis Episcopis, ab ambitione, fateor, qua mox illos secuta est, pro-
cul remotis, sed tamen ab Apostolica regula deficientibus sus-
set consideratum, neque seipos tot laboribus fatigassent, de qui-
bus alicubi conqueritur Augustinus, neque postea inuadende
Magistratum potestati aditum certo cum humani generis
exitu tandem sequuntur pateficerent.

At Episcopi illi sanctissimi laboriosum, odiosum-
que negotium, pietatis causa suscepunt, & ab Apo-
stolo sibi impositum arbitrati sunt.

Nihil tñ hic verius, quā ministros Calvinianos ad
controuerfias diiudicandas non esse adhibendos; A-
postolus tamen Episcopos sic obligauit, non contra
Christi, aut Petri praeceptum. Non illi contra normā
apostolicam iudicauerunt, multo minus tyrannidem
occupauerunt, sed opprellis contra potentiorum vio-
lentias subuenerunt. Quod Siluanus vñ sanctissimus
Troados Episcopus clericis suis iudicandi potestatem
eripuit, signum est fuisse eam penes illos potestatem,
qua cum abuterentur, cum deessent idonei clerici, fi-
dos laicos constituit. Nicephorus enim mndmatio-
nem instituisse, Socrates ait, eos quāstum ex litigantium
controuerfias fecisse. Nec mirum, pars illa Asia varijs hæ-
resibus agitabatur, & Cleri tam in fide, quam mori-
bus sinceritas, ac constantia labefacta erat. Neque
tamen idcirco ordini iurisdicatio non debetur, si vnus
Ecclesiolæ Episcopus, iudicia ad Laicos trāstulit. Quia
male iudicabat clerici. Quin omnino iudico in cleri-
cos iudices diligenter annuatimq; inquirendum, &
si a iustitia declinarent seuerissime puniendos.

§7. Tandem vero Concil. Trident. (sess. 13. c. 1. de
reform.) reos criminum varie constringit, qui episco-
palia iudicia euadere satagebant. Itaq; negat finem
appellationi deferendū. Cum igitur rei criminū plerumq;
ad euadendas penas, & Episcoporum subterfugienda iudicia,
querelas & grauamina simulent & appellationis diffugio in-
dici processum impendant, ne remedio, ad innocentia pra-
sidium inuito, ad iniquitatis defensionem abutantur, atq; vñ

Apostolus
constituit
Ecclesiasti-
cos cognito-
res.

Synesius in-
dicare reue-
sant.

Sed iudica-
re tamen
debeuit.

Beza ambi-
tionis san-
ctos viros
accusat.

Clerici iudi-
ces Troade
adiudicande
prohibiti.

Si nō est sa-
piens contem-
ptibili cau-
sa committit-
tatur.

August. iu-
dicandis li-
tibus occu-
patus.

Greg. Thau-
maturgi co-
trouersias
dirimere so-
litus fuit.

Ambros. eodē
labore oc-
cupatus fuit

Tridentina huiusmodi eorum calliditati, & tergiversationi occurratur, ita
synodus epi- statuit, & decreuit: in causis visitationis, & correctionis, siue
scopale tu- stabilitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus, ab Episcopo,
autum sta- seu illius in spiritualibus Vicario generali, ante definitivam
bilit. sententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque, gravamine,
non appelleretur: nec Episcopus, seu Vicarius appellationi huius-
modi, tanquam friuola, deferretur.

§ 8. Causæ cur id vile Reipublicæ sit multæ sane fuerunt, hodie que manent.

Sacerdotes
sincerius in-
dicant.

1. Quod sincerius causæ tractentur à Domini sacerdotibus, & ministris, quam à profanis iudicibus. Nam iustitiæ, æqualitatisque regulam apertiores ar-
etius custodiunt. Quæ etiâ causa est, ut populus ipse, ad audentiam episcopalem appellaret. Quemadmo-
dum enim leges civiles debent Ecclesiasticis atque re-
rari, ita quoque iudices sæculares audire par est episco-
pos & sacerdotes. Constitutiones imperatorum vim legis obtinent, sed firmiorem canones apostolorum. Hinc factum ut verè Innocent. dixerit Ecclesiam mun-
dani legibus non constringi. Et Hier. in Epitaph. Fabiolæ, & ep. 30. ad Ocean. Aliæ leges Cæsarium, aliæ Christi: aliud
Episcopus Papinianus, aliud Paulus precipit. Quo factum est ut Co-
stantinus sanciret, Præsidium sententias posse ab Epi-
scopis rescindi. quod à se factum, testis est ipse Am-
brosius l. 2. off. c. 29.

Episcopus
rescindit
sententias
præsidum.

2. Minore sumptu apud Episcopos litigabatur. Nam erant iudices illi tum pietate, & scientia insi-
gnis, tum vero plerumque diuites, & in pauperes libe-
rales, ut nullo modo probabile videretur, eos hoc age-
re, ut possessiones eorum ex litibus crescerent. Nunc
quoque ex Ecclesiâ viuunt, nec heredes habent, quo-
rum causa iustitiam violent, sententiamque vendant.

Minore su-
ptu causa
agitur apud
Episcopos.

3. Civilis Ecclesiæ potestas in tanta hominum malitia, arrogantia, subtilitate, pertinacia ad errores
compescendos necessaria videtur; ideoque merito cõ-
cessa episcopis. Ante Constantinum plures emerere
hæreses, quia nulla vi comprimabantur, & sub blas-
phemis imperatoribus hæreticarum blasphemiarum
summa libertas erat, ut grauius domesticis disidiis,
quam persecutione Ecclesiâ scinderetur.

In multitu-
dine, nisi sus-
ficiens sit po-
testas, quæ
coerceat,
grauia in-
commoda
oriuntur.

§ 9. Quod si dominum civile rectè Ecclesiæ pas-

Civile do-
minium est
clericis con-
cessum.

storibus conceditur, ut est à me in Coronide Jubilorum probatum, illi inherens, & connexa iudiciaria
potestas etiam concedenda est. At dominium hoc om-
nimodis multis datum, acceptumque fuit, hodieque retine-
tur, nec ab illis tatum, quorum virtus in dubium vo-
cari posset, sed omnibus omnino, qui eas ecclesias ad-
epti sunt. De quibus eruditissime egit Joann. de Polemar archidiaconus Barcinonensis in Concil. Basile-
ensi: cuius hæc verba sunt. sic vero ait, Impiam ab Ec-
clesiâ Moguntina. Ecce S. Bonifac. qui tanta fuit auctoritatis,
quod tempore suo dicebatur Apostolorum tempora rediisse, hic
sua predicatione multas provincias illustrauit. In eadem Ec-
clesiâ S. Lullus Confessor. Item Rabanus magnus Doctor quo-
tidie allegatur. Item in eadem Moguntina Ecclesiâ Bardo Ar-
chiepiscopus, in eadem VVilligisus. In Ecclesiâ Treuerensi, quæ
Helena mater Constantini, quæ de Treuera fuit oriunda, plu-
ribus dotauit reliquis, & bonis temporalibus, adiciendo pri-
ma dotationi, fuerunt nonaginta nouem Archiepiscopi usque
ad Dominum Ottonem ultimo defunctum, ex quibus viginti
quing. sunt Sancti, ut habetur in Calendario Archiepiscopi
Colonienfes Baldyini, quod in ipsa Ecclesiâ seruatur. In Ecclesiâ Colonienfi
episcopi cau- B. Seuerinus, qui multis claruit, & claret miraculis. Item S.
sa iudica- Remedius, item S. Cunibertus, item S. Haymo, Agolfus: mar-
runt. tyr, item Euergisilus martyr, item Heribertus, omnes isti fue-
runt sancti Archiepiscopi Colonienfes. In Ecclesiâ Leodiensi,
quæ opulentissima in temporalibus est, S. Maternus, S. Huber-
tus, S. Theodardus, S. Seruatius, S. Lambertus martyr, S. Gere-
gisilus, Episcopi omnes. Item in Ecclesiâ Laureacensi fuit S.
Laureacen- Maximianus, à sancto Sixto consecratus Episcopus, circa an-
num Domini CC. XXIII. qui patrimonium dicte Ecclesiæ
conculcit, quod nunc Anasum dicitur, cum omnibus vicinis op-

Moguntini.

ad Dominum Ottonem ultimo defunctum, ex quibus viginti
quing. sunt Sancti, ut habetur in Calendario Archiepiscopi
Colonienfes Baldyini, quod in ipsa Ecclesiâ seruatur. In Ecclesiâ Colonienfi
episcopi cau- B. Seuerinus, qui multis claruit, & claret miraculis. Item S.
sa iudica- Remedius, item S. Cunibertus, item S. Haymo, Agolfus: mar-
runt. tyr, item Euergisilus martyr, item Heribertus, omnes isti fue-
runt sancti Archiepiscopi Colonienfes. In Ecclesiâ Leodiensi,
quæ opulentissima in temporalibus est, S. Maternus, S. Huber-
tus, S. Theodardus, S. Seruatius, S. Lambertus martyr, S. Gere-
gisilus, Episcopi omnes. Item in Ecclesiâ Laureacensi fuit S.
Laureacen- Maximianus, à sancto Sixto consecratus Episcopus, circa an-
num Domini CC. XXIII. qui patrimonium dicte Ecclesiæ
conculcit, quod nunc Anasum dicitur, cum omnibus vicinis op-

Item Leodi-
enses.
Laureacen-
ses.

pidis & iudiciis secularibus, quæ manent usque ad præsens in Patauenfis
Austria, & obtinet illa Patauenfis Ecclesiâ. Item Sanctus Pragen-
Adalbertus Ecclesiam Pragensem magnificè dotatam felici-
ter rexit pluribus annis. Item Sanctus Procopius opulentissi-
mum Monasterium in Bohemia habuit, cuius possessiones in-
quietantes diuinam interdum vltionem in se experti sunt. I-
tem Sanctus Guelfgangus in Ratisbona. Item S. Corbinia-
nus Frisingensis Episcopus prædixit pro eadem Ecclesiâ hodie no-
ta comparauit. Item Sanctus Valtricus augustinensis Ecclesiam
opulentiam prædixit & ciuilibus dominis rexit. Item Sanctus
Conradus Constantiensis Episcopus. Item Sanctus Virgilius
Ecclesiam Salzburchensem dominis dotauit. Fuit quoque San-
ctus Virgilius Episcopus Tridentina Ecclesiæ, ciuili dominio o-
pulentia. Prætermittendum non est de sancto Stanislao Cra-
coviensi Episcopo, qui passus controuersiam super villa Ecclesiâ,
à sepulchro cum, qui ante per triennium mortuus fuerat, re-
suscitatum, ad iudicium duxit in testem. Possem sine falso, si
benè quæuissem, etiam multo plures reperisse sanctos
Episcopos & Abbates, qui præfuerunt ecclesiis & monasteriis
habentibus temporalia & ciuilia dominia. Exhorrent viti-
pia aures audire in dubitationem deduci, an licitum sit, quod
à tanta sanctorum multitudine per tanta curricula tempo-
rum pro licito habitum fuit, prædicatum & obseruatum.

Ratisbonen-
Frisingen-
Augustani-
Constanti-
enses.
Salzbur-
genfes.
Tridentini.
Cracoui-
ses.

Atque hæc exempla recentiora, & transalpina, quæ
tamen factis vetustissimorum, & sanctissimorum vi-
rorum nituntur, ita enim idem Archidiaconus. Inci-
piam à B. Syluestro, de cuius sanctitate & doctrina viciis in-
daorum scriptis, fidei Catholice exaltatio testimonium præ-
bet. Sub hoc Nicanum primum sacrum & venerandum Con-
cilium fuit, & post dotationem Ecclesiæ, ex quo satis auctoriza-
tur factum Constantini, quoniam illicitum fuisse, reprobaf-
set hoc tam celebre Concilium. Sed & habeo testimonium bea-
ti Ambrosii, de obitu Theodosii Imperatoris, dicentis: Constan-
tinum magni meriti apud Deum, quia primus Imperatorum
credidit, & post se hereditatem fidei & deuotionis principibus
dereliquit. Et Isidorus noster Hispanus idem in suis Chronicis
attestatur. Et Greci qui tunc erant Catholici, ipsum Constan-
tinum Catalogo Sanctorum annuerant, & festum de eo cum
sollemnitate agunt 21. Maii. Postea dicam de sancto Marco, sub
quo fuit celebrata sancta synodus Nicæna, & claruerunt eius
tempore & post, sanctus Athanasius, Eusebius, Nicolaus & Hi-
larius, & Ioannes Chrysostomus. Item sanctus Leo Papa, qui
fuit X LII. post sanctum Petrum. Item Felix secundus, qui
Martyrio coronatus est. Item Damasus primus, sub quo syno-
dus Constantinopolitana 10. Patrium, cui Hieronymus illam
scripsit epistolam: Quoniam vetus Oriens inter se iurare colli-
sus indecram Domini tunicam desuper textam minutatim
per frustra decerpit. Etiam petens ab eo sua fidei confessionem
approbari. & alias multas epistolas. Item Cyriacus qui cum
vndecim milibus virginibus in Colonia martyrio coronatus
est. Item S. Symmachus Papa, de cuius vita & miraculis
Vincentius in historiali libro 23. cap. 1. & 2. Item S. Ioannes
Papa, de quo in eodem Vincentio eodem libro cap. 33. Item S.
Agapitus eodem lib. cap. 61. Item S. Gregorius vnus de quatuor
doctioribus Ecclesiæ, cuius sanctitas & doctrina nota est. Item
S. Martin. de quo Vincent. eod. lib. 23. c. 84. Item S. Stephanus
Papa, de quo idem Vincent. eod. lib. 167. Item Honor. Papa mi-
ra pietatis fuit, cuius tunica demonius quidam indutus fuit,
& liberatus est. Item S. Seuerin. benignus amator cleri & pau-
perum, & possessiones Ecclesiæ ampliauit. Item Ioan. I. the-
sauris Ecclesiæ distractis multa millia hominum per Histriam &
Dalmatiam redemit. Item S. Martin. Tuderinus, cuius festum
celebratur crastino S. Martini Tuonenfis, Eugenius I. hic omni-
bus benignus & amabilis, maximeque sanctitatis. Agatho dum
quendam leprosum oscularetur, mundatus est. Ioann. natione
Græcus, hic martyrio coronatus est. Paulus nitissimus & mise-
ricors, nocte cum paucis familiaribus ibat ad visitandam pauperes
& infirmos, & cum ministrandis. Leo IV. multe patientie, mul-
teque humilitatis, fecit mirabilia in vita sua, cuius festum celebra-
tur 17. Calendis Augusti. Nicolaus post hunc vir fuit sanctiss.
cui post Mag. Greg. vix in sede Romana simile. Omnes prædicti
fuerunt in sede Roma post dotationem Ecclesiæ viri sancti, appro-
bati.

Syluester in
dex fuit.

Synodus Ni-
cæna id pro-
bavit.

bata sanctitatis fuerunt & plures alij virtutib. & scientia clari, sicut Innocentius III. qui tam reuerenter allegatur in tractatu de Missa & alijs operibus. Petrus de Tarantasio dictus Innocentius V. Doctor clarissimus, & multi alij, quos nominare longum esset. Volui solum predictos exprimere, qui sancti intulantiur, alijs multis omisus. Sed hoc vnum nolo omittere, quia ad propositum valde facit, quod narrat Vincentius in historiali libro vigesimo quinto, cap. 25. de Gregorio Sexto, qui magna studia & labores impendit ad recuperandum temporalia bona Ecclesie à tyrannis occupata, & cum nec hortationibus, nec censuris posset hoc efficere, vi armorum hoc fecit, unde Cardinales cum, virum sanguinarium, dicentes: cum infirmitate decumberet, de qua deceffit, dicebant eum non debere sepeliri in Ecclesia S. Petri cum alijs Pontificibus, quod cum ipse intellexit, vocauit Cardinales, & habito cum eis colloquio, tandem dixit: Quoniam nostra & vestra cogitationes falsi possunt, committamus omnia diuina examini, corpus meum antecessorum meorum more compositum ante ianuam Ecclesie sistite, & firmentur ianuæ seris & repagulis, si Deus voluerit, ut ingrediar, applaudatis miraculo, sin minus, de cadauere meo faciatis sicut vobis placuerit: sic factum est. Mox enim & corpus eius ante portas Ecclesie seris obclusas positum est, turbo ingens diuinitus emissus, repagulorum obstacula dirupit, & ipsas valuas vehementer impetu patefactas, ad parietem cum magno fragore impulit.

Pontifex & Petro & Constantino successit
Hanc ob causam Bern. l. 4. ad Eug. discipulum de confid. in his successit non Petro, sed Constantino, & lib. 2. Eflo, ut alia quacumque ratione hæc tibi vindictas, sed non iure Apostolico. Bono iure possideri illa tum hac docent, tum vero orbis Christiani consensus, quo ea defensa sunt. Romani cum pristina libertatis, & maiestatis intemptiuo desiderio omnia quondam suæ ditionis regna in suam potestatem redigere satagerent, etiam Pontificem in ordinem redigere, omniaq; regalia adimere conati sunt; sed eos Franci & Germani Imperatores, ut etiam Longobardos puniuerunt. Viderunt Pontifici ecclesiam rectore sceptri, & principatus dignitatem esse opportunam. Bono iure sua possidere Pontificem Barretus l. 2. c. 1. docet, quantum alioqui regum adulator. Imo addit, iura antiquiora, æquiora (quod semper spectandum) Deinde posteros Constantini potius accusat, quod deriderint, quam Pontifici ius derogat. Constantinus opes, honoremq; dedit. Carolus restituit; addita alia sunt; Alpes, Cortiæ, Exarchatus, Beneuentana ditio, Sicilia, Tufcia, Liguria, Apulia, Ferraria, aliaque dominia.

Pontificali decor institutio prefiditum.
§. 10. Tandem concludo Reipublicæ singulari emolumento fieri, ut Episcopis & Sacerdotibus magna iudicandi gubernandique potestas permittatur. Fructus esse debet, ut facilius verbum Dei audiant, audito obtemperant, mores corrigant illi qui emendabiles sunt, contumaces terrentur, si non ab inualido, & contemptibili Sacerdote, sed regio Pontifice mysteria tractentur, doctrina explicetur. Illam Constantinus causam ipse donationis suæ adducit, ut non vilescat Pontificalis apex, sed magis, quam terreni imperij dignitas, gloria, & potentia decoretur.
Non tamen honor ille finis primarius est, sed Reipublicæ salus. Unde enim iudices peritiores, æquiores, pecuniæ minus egentes, minus appetentes munerum, haberi possunt, quam in Episcoporum honoratissimo cætu, in Prelatorum Ecclesie multitudine? Hoc nunc in præcipuis Europæ partibus, Germania, Gallia, Hispania obtinet; imo & in ipsa Britannia, quæ Episcopis in rerum ciuiliu administratione virtut.

CAP V T IX.

Contra sectarios Prelatorum iurisdic-
tio ciuilis defenditur.

§. 1. Legitimam, iustam, vtitatam, vtilem Reipublicæ, ostendi Ecclesiasticorum gubernandi, & juris dicendi potestatem esse. Nunc quia in eam vehementer hæretici insurgunt, illis quoque, ex lege diuina, humana, proba consuetudine respondeamus.

Primum eorum axioma est, Papam, Episcopos omnes, prelatosq; nullam ciuilem administrationem habere posse. Hoc plerique vehementer inelamant, longa disputatione id agit Scharpius quæst. 6. de Antichristo. Cum enim libi objecisset, Ecclesiasticos habere iurisdictionem dono Principum, Responder: Licet controuersum sit antecedens, ut supra dictum, tamen neg, sequi, quia tum acceptatio Pape, tum donatio Principum sunt contra ius Diuinum, ut & etiam contra ius Pontificum: nam in Decretis Canone Dicenti 25. quæst. 11. Pelagius Papa ait Rescripta quæ surreptione, aut falsis precibus impetrantur nullum ius afferre, & in glossa. Clericos qui iis vtuntur, officijs, & beneficijs expoliandos, Laicos vero excommunicandos esse, at Principum rescripta, quibus Papa iurisdictiones obtinuit, erant subreptitia, si non ratione scripturionis & expeditionis, saltem ratione causæ in iis allegatæ, quæ fuit, quod pietas Christiana posceret, ut illis donis & priuilegijs ornarentur Episcopi, expresse contra Dei verbum.

Et paulo post ait non aliter quam per latrocinia Papam acquisiuisse temporalem potestatem. Deinde pergit: Alexander III. Papa rescriptione in capite Vigilanti. Et Innocentius III. Papa in capite, Si diligenti. Et Concilium Lateranense in capite, Quoniam. & in canone, Placuit 16. quæst. 3. Canoniste autem, sicut in male fidei possessore, tempus non tollit obligationem, neg, ius ali-quod acquirit, at bona fide Principatus illos Episcopi non obtinuerunt, qui contra Christi institutum ut supra: recte ergo Bellarm. ius Papæ cum regno per latrocinia acquisito cõparat.

Denique Principes qui Ecclesie bona donarunt, accusat: Principes, inquit, qui Ecclesie donarunt, unde Pastores se alere possunt, laudandi sunt, at qui immensas illas opes tradiderunt, unde sumptuose & otiose viuunt, male fecerunt, quia ita Ecclesiam corruerunt, ideo recte illud: Religio peperit diuitias, sed filia deuorauit matrem: habebant quidem Principes zelum, sed non secundum scientiam, qui vero iurisdictiones temporales contulerunt, impie fecerunt, quia Christi institutionem violauerunt, nec Papæ Christi exemplum sequuti sunt, qui quum Iudei illum Regem consituere vellent, fugit: Ioan. 6. 15. Vide Bernard. in libris de consideratione.

§. 2. Hinc facile patet si sententia prædicantium res decidatur, omnem iurisdictionem temporalem Episcopis, & Prelatis auferendam; nam impie donatam, & acceptam arbitrantur, per latrocinia acquisitam, & nunc nullo iure præscriptionis, sed tanquam à male fidei possessoribus, & latronibus iniuste teneri, ideo à Principibus secularibus data occasione eripi omnino posse.

Nec fœdera vlla, aut pacta posse obfistere, vel leges imperij, quia ait esse contra legem diuinam. Hinc clarum est, fieri non posse, ut quamdiu hæresis ista dominatur, pax constituatur, cum altera pars alteram licet donationis, emptionis, præscriptionis iura pratendentem inique possidere, & latrocinio tueri se arbitretur, hinc legum, & iudiciorum omnem vigorem necessaria consequentia extinctum eunt: quicquid enim pro Ecclesiastico quocumque Iudices Cameræ Imperialis decernunt, id illi impostores contra ius & æquum pro latrone decretum esse affirmant. Si Princeps secularis Episcopi alicujus opes ditionemque inuadat, atque occupet, vindicias à latronibus iure captas pronunciant.

Hæc opinio summam inter status diffidentiam, & bellum a seorsum efficit, quod etsi non semper geratur, semper tamen timetur, & paratur. Nec securus vllus Episcopus esse potest, si suis ministris aliquando credant Principes seculares, quos spe opum Ecclesiasticarum in cades, & exitia patriæ agere

Episcopis ne
gant ius ad
ministran-
da Reip. vñ
eos spolient.

Episcopos &
Papam per
latrocinia
obtinere;
nec præscri-
bere auiunt.

Adulatores
Principum
illis spolia
Ecclesia con-
cedunt.

Hæresis illa
pacem tol-
lit.

Causa dif-
fidentia in-
ter Princi-
pes.